SANCTISSIMI

DOMINI NOSTRI

BENEDICTI

PAPÆ XIV.

BULLARIUM

TOM. III.

IN QUO CONTINENTUR

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

EDITÆ

AB ANNO MDCCXLIX.

USQUE

AD ANNUM MDCCLII.

Cum Supplemento ad Annos 1742. 1745. 1746. & 1748.

Juxta Exemplar ROMÆ, Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide *editum* 1753.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliopol. & Typograph.

MDCCLIV.

INDEX
INITIORUM
SINGULARUM CONSTITUTIONUM
QUÆ IN HOC TOMO XVIII. CONTINENTUR.

Maxima, ac tam. I. pag. 1	Eſſendoci ſommamente. XXIII. pag. 145
Conſentaneum planè. II. 2	*Nemo Veſtrum.* XXIV. 147
Singulari Nobis. III. 3	*Paterna charitas.* XXV. 149
Continuando Ell'a. *ibid.*	*Paſtoris Æterni.* XXVI. 151
Annus, qui hunc. IV. 9	*In Conſiſtorio ſecreto.* XXVII. 152
L'Anno che viene. *ibid.*	*Benedictus Deus.* XXVIII. 153
Inter multiplices. V. 24	*Celebrationem Magni.* XXIX. 156
Inter arduas. VI. 26	*Officii Noſtri ratio.* XXX. 161
Suprema diſpoſitione. VII. 29	*Anno Vertente.* XXXI. 165
Quamvis juſto Dei. VIII. 30	*In eminenti ſupremi.* XXXII. 167
Benche in ſequela. IX. 38	*Communis Ærarii.* XXXIII. 169
Juſtitiæ gladium. X. 41	*Oneroſo Sacri.* XXXIV. 174
Animati dal giuſto. 48	*Magnitudo tua.* XXXV. 176
Almæ Domus. XI. 52	Benche altre volte. XXXVI. 178
Emanavit nuper. XII. 54	*Exponi Nobis nuper.* XXXVII. 179
Graviſſimo animi. XIII. *ibid.*	*Cum ſicut accepimus.* XXXVIII. 180
Non ſenza grave. *ibid.*	*Inveterata Republica.* XXXIX. *ibid.*
Apoſtolici Miniſterii. XIV. 56	*Prodiit jam dudum.* XL. 185
Unigenitus Dei. XV. 59	Sotto il giorno. *ibid.*
Annus Jubilæi. XVI. 66	*Elapſo proximè anno.* XLI. 190
Jam vobis expoſuimus. XVII. 69	Fu da Noi ſotto. *ibid.*
Peregrinantes a. XVIII. 70	*Ad Romanum Pontificem.* XLII. 192
Nel Pellegrinaggio. *ibid.*	*Quarta vertentis.* XLIII. 195
Cum Nobis nuper. XIX. 77	Nella proſſima paſſata. *ibid.*
Apoſtolica Conſtitutio. XX. 78	*Impoſito Nobis.* XLIV. 205
La noſtra Coſtituzione. *ibid.*	*Etſi perſuaſum.* XLV. 207
Convocatis per alias. XXI. 97	*Aſſiduæ ſollicitudinis.* XLVI. 208
Inter præteritos. XXII. 102	*Ex commiſſo Nobis.* XLVII. 211
Fra le fatiche. *ibid.*	*Providas Romanorum.* XLVIII. 212

BULLARIUM ROMANUM

TOMUS DECIMUS-OCTAVUS,

SIVE

CONTINUATIONIS PARS DUODECIMA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI XIV.

PONTIFICIS CCLI.

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

ANNO 1748.

ANNO 1748.

I.

JOANNI V.

Portugalliæ, & Algarbiorum Regi, ejuſque Succeſſoribus in perpetuum, FIDELISSIMI Titulus aſſignatur.

Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro JOANNI *Portugalliæ, & Algarbiorum Regi* FIDELISSIMO.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Cariſſime in Chriſto Fili Noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Inſignia Regis, ejuſque Prædeceſſorum merita in Fidei Catholicæ propagatione.

MAXIMA, ac tam præclara Illuſtrium Regum Portugalliæ, & Algarbiorum habentur, & reipſa ſunt, non tam invictiſſimæ in debellandis, ſibique ſubjiciendis tot barbararum, remotiſſimarumque nationum Populis, Provinciis, & Regnis, potentiæ decora, quàm Chriſtianæ pietatis, atque incredibilis, flagrantiſſimique pro Catholica Fide in vaſtiſſimas illas, quas ſub ſuum redigebant poteſtatem, ſtatim invehenda, propagandaque, & neceſſariis, opportuniſque ingentium pecuniarum, Sacrorumque Miniſtrorum ſubſidiis fovenda, confirmandaque, zeli inſignia facinora; ut jure, ac merito non ſolum ubique gentium ab omnibus commendati, ſed à Romanis præſertim Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris, ad quos ſupremas Jeſu Chriſti Regis Regum, & Domini Dominantium vices in terris gerentes circumſpecta ſua providentia egregios viros de eadem Catholica Fide, & Apoſtolica hac Sancta Sede benemerentiſſimos ſingularibus laudibus, ac peculiaribus honorum titulis decorare, & illuſtrare in primis ſpectat, debitis Apoſtolicæ laudationis præconiis, & eximiis Pontificiæ benignitatis gratiis, favoribus, privilegiis, & indultis fuerint cumulati. Quemadmodum autem Majeſtas Tua, præ cæteris Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus Prædeceſſoribus tuis, magno pii, regiique animi tui fervore, Catholicam Fidem, non modò in omnibus ditionum tuarum, ſed in alienis quoque regionibus, ab initio Regnorum tuorum poſſeſſione promovere, & urgere; verùm etiam tot ſapientiæ, induſtriæ, pluriumque conſiliis, & immenſis opum profuſionibus tueri, & conſervare contendens, maximus eminens, & prædecessoris; ita Majeſtatem Tuam Prædeceſſores itidem Noſtri Romani Pontifices fel. rec. Clemens XI., Innocentius XIII., Benedictus pariter XIII., Clemens XII., ac Nos ipſi laudatiſſimis eorundem veſtigiis inhærentes, non omiſimus iis paternæ benevolentiæ, auctoritatiſque teſtimoniis proſequi, quibus notum omnibus fieret, quanti Te, inclytamque Nationem Luſitanam tuam faciamus, quantoque in honore, ac pretio habeantes, ad utriuſque decus, commodum, & incrementum adnigimus.

Pontificiæ in Regem benevolentiæ ſtudium.

§. 1. Porrò haud ſatis aptis verbis explicare, Tibique reipſa conteſtari poſſumus incredibilem paterni animi noſtri alacritatem, ſtudioſamque ad Majeſtati Tuæ amplius gratificandum voluntatem; ſed Tibi perſuaſum eſſe volumus, Nos, qui Majeſtatem Tuam præcipua charitate complectimur, paterna ſollicitudine affici, ut inſignem aliquem honoris Titulum, qui & Majeſtati Tuæ de Catholica Fide benemereri pergenti ad majorem gloriam, & Succeſſoribus tuis Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus ad luculentiſſima pietatis, & virtutis tuæ potiſſimum exempla imitandum, & pro Catholica Fide pari via, ac ratione adlaborandum, perenni deinceps eſſet incitamento.

Fideliſſimi Titulus ipſi, ejuſque Succeſſoribus Motu proprio aſſignatur.

§. 2. Eapropter Motu proprio, non ad Tui, ſive alterius pro Te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, maturaque deliberatione, & mera liberalitate No-

SANCTISSIMI

DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV. BULLARIUM

TOM. IV.

IN QUO CONTINENTUR

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

EDITÆ

AB INITIO ANNI XIII. PONTIFICATUS

USQUE AD TOTUM

EJUSDEM PONTIFICATUS ANNUM XVII.

CUM APPENDICE.

Juxta Exemplar ROMÆ, Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide *editum* 1757.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliopol. & Typograph.

MDCCLVIII.

INDEX
INITIORUM
SINGULARUM CONSTITUTIONUM
QUÆ IN HOC TOMO XIX. CONTINENTUR.

SAcroſancta. I. pag. 1
Pias. II. 8
Ineffabili. III. 9
In Apoſtolicæ. IV. 15
Romana Eccleſiæ. V. 17
Deteſtabilem. VI. 18
Militantis Eccleſiæ. VII. 20
Securitatem. VIII. 21
Suprema diſpoſitione. IX. 23
Ex ſublimi. X. 29
Ad audientiam. XI. 30
Nell'ultima udienza. *ibid.*
Æternus Dei Filius. XII. 37
Inter illuſtria. XIII. 38
Commendatiſſimum. XIV. 45
Inclytum. XV. 47
Apoſtolicum. XVI. 49
Cum alias. XVII. 55
Sinceritas Fidei. XVIII. 57
Sollicita. XIX. 59
Quæ, Ven. Fratres. XX. 63
Tibi præ cæteris. XXI. 64
In ſupereminenti. XXII. 66
Circumſpecta. XXIII. 69
Inter cætera. XXIV. 70
Graviſſimarum. XXV. 73
Ad coërcenda. XXVI. 79
Commendatam. XXVII. 84
Circumſpecta. XXVIII. pag. 88
Romanus Pont. XXIX. 92
Injuncti Nobis. XXX. 93
Inter curas. XXXI. 94
Fidelis. XXXII. 96
Cum Encyclicas. XXXIII. 101
Avendo Ella. *ibid.*
Romanum. XXXIV. 106
Cum Religioſi. XXXV. 108
Eſſendoci. *ibid.*
Paſtoralis. XXXVI. 110
Quod Provinciale. XXXVII. 111
Ex paſtorali. XXXVIII. 112
Romanus Pont. XXXIX. 113
Militantis. XL. 115
Apoſtolicæ Sedis. XLI. 116
Romanorum Pont. XLII. 117
Altre volte. XLIII. 118
Beatus Andreas. XLIV. 120
Il Beato Andrea. *ibid.*
Ad aſſiduas. XLV. 136
Cum ſemper. XLVI. 137
Quem Religionis. XLVII. 139
Soror Imelda. XLVIII. 141
La Madre Suor Imelda. *ibid.*
Ad Supremum. XLIX. 144
Allatæ ſunt. L. 151
Cum, ut recte. LI. 167
Eſſendoſi, com'ella. *ibid.*

BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS DECIMUS-NONUS, SIVE CONTINUATIONIS PARS DECIMA-TERTIA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI XIV. PONTIFICIS CCLI. CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

ANNO 1752. — ANNO 1752.

I.

Erectio Archiepiſcopalis Metropolitanæ Eccleſiæ GORITIENSIS, conſtituentis omnibus, quæ Eccleſiam ipſam, Capitulum, utriuſque Menſam, proviſionem vel collationem Beneficiorum Officiorumque reſpiciunt.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SACROSANCTÆ Militantis Eccleſiæ gubernacula, quæ copioſus in miſericordia Deus, & in cunctis ſuis glorioſus operibus, ad hoc Nobis, meritis quamvis imparibus, committere, & debilitati noſtræ magnum Apoſtolicæ ſervitutis jugum imponere voluit, ut tanquam de ſummo vertice montis ad hujus mundi infima reflectentes intuitum, quid pro hujuſmodi Eccleſia illuſtranda, ad Fidei Orthodoxæ propagationem, Divinique cultus augmentum conferat, quidque animarum Chriſtifidelium ſaluti quomodolibet conveniat, attentius proſpicere non omittamus, demandata tenemus, & propterea cauſis diſſidiorum, quæ inimicus homo ſuggerit, per ſuppreſſionis, & extinctionis Eccleſiarum, etiam Patriarchalium, fontium & originum diſſidiorum hujuſmodi miniſterium, penitus eliminatis, Apoſtolica auctoritate, qua fungimur in hac parte, earum loco novas Eccleſias Metropolitanas, pro Dominiorum diverſitate, ne Fideles ipſi inibi degentes in recidivæ contentionis ſcopulum relabantur, erigimus, aliaque deſuper diſponimus, prout rationabiles cauſæ, & pia ſideliumque Principum vota expoſcunt, temporumque, locorum, & perſonarum qualitatibus & circumſtantiis matura deliberatione penſatis, ad Omnipotentis Dei, ejuſque Glorioſiſſimæ Genitricis Virginis Mariæ laudem & gloriam, ac ejuſdem Militantis Eccleſiæ honorem, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Juſta cauſa veteres ſupprimendi, novaſque erigendi Cathedrales ſtatuitur, urgens neceſſitas erigendi Eccleſias.

§. 1. Sanè &c. *Sequitur narratio ſuppreſſionis Patriarchatus Aquilejenſis, ejuſque Diœceſis, & Provinciæ diviſio in duos Archiepiſcopatus; de quibus vide Conſtit. L. Tom. III. pag. 394.*, ac alias prout in Litteris noſtris Apoſtolicis Pontificatus Noſtri anno undecimo deſuper expeditis plenius & uberius continetur. Nos propterea Erectioni Archiepiſcopatus Goritienſis hujuſmodi modum, & formam imponere, eandemque erectionem per Nos, ut præfertur, factam, Apoſtolica auctoritate præfata confirmare cupientes, quique dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, teneantur exprimere verum annuum valorem, ſecundum communem æſtimationem, tam Beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeret, & in unionibus ſemper commiſſio fieret ad Partes, vocatis quorum intereſt; motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, in dicta Civitate Goritienſi valde conſpicua, & in ſui amplitudine circuitus duorum milliarium, & ultra, in qua Civitate Goritienſi, ejuſque ſuburbiis, plures, ut pariter accepimus, reperiuntur Eccleſiæ, videlicet Presbyterorum Regularium Societ. Jeſu cum publico Gymnaſio, ac Fratrum Ordinis Minorum Conventualium Sancti Franciſci, & Cappuccinorum, & Carmelitarum diſcalceatorum nuncupatorum, præter duo Monialium Monaſteria, unum ſub Sanctæ Claræ, alterum verò ſub Sanctæ Urſulæ reſpectivè Regulis, & tres ſeculique ſexus Chriſtifidelium Confraternitatum Eccleſiæ, ſcilicet Sanctiſſimi Sacramenti, & Sanctorum Angelorum Cuſtodum, & Sancti Joannis Nepomuceni nuncupati, nec non Eccleſia Fratrum Miſericordiæ nuncupatorum, ut jure merito Archiepiſcopalis Civitatis nomine nuncupari valeat, Parochialem Eccleſiam Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti, cum ei annexa altera Parochiali Eccleſia de Salcano nuncupata Goritien., ac perpetuò ſimplici Beneficio Eccleſiaſtico ſub invocatione Sanctæ Annæ in Parochiali, ſeu alia Eccleſia dictæ Civitatis Goritienſis, quæ, ſicut etiam accepimus, de Jurepatronatus

Spectabiles Urbis Goritienſis qualitates ob quas Archiepiſcopalis Sede digna.

Parochialis Eccleſia Exaltationis S. Crucis, & S. Viti una cum aliis ſupprimitur, & extinguitur.